



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XLV. Die Markgrafen Johann und Otto schenken dem Kloster Lehnin zum Seelenheil der verstorbenen Markgräfin Sophia Krielow, im Jahre 1248.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XLV. Die Markgrafen Johann und Otto schenken dem Kloster Lehnin zum Seelenheil der verstorbenen Markgräfin Sophia das Dorf Krielow, im Jahre 1248.

In nomine sancte et ind. trinitatis. Johannes et Otto, Marchiones dei gracia Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. — Notum — esse uolumus tam presentibus quam futuris — quod nos pro remedio anime Domine Sophie, karissime nostre Marchionisse in Brandenburg, iam defuncte, uillam quandam dictam Crile cum XXXII mansis sibi adiacentibus, sitam in Zucha, sancte Marie virgini in lenin et fratribus ibidem deo militantibus conferimus et donamus in perpetuum possidendam. Ut ergo hec rata et inconuulla perpetuo permaneant et jam uilla denominata in agris, in pratis, in aquis, in pascuis et cum omni iure supradictis fratribus de lenin integraliter permaneant, eam liberam ab omni iure seculari et exactione (iis) duximus sigillorum nostrorum appensione cum testium subscriptione roborare, Quorum nomina sunt hec: Rucherus Brandenburgensis Episcopus, Rodericus abbas de Cenna, Petrus prepositus de Brandenburg, Heidenricus et Hinricus Notarii curie, Geuehardus de Arneften, Walterus de Barbi Acta sunt hec in Brandenburg. Anno gracia M^o. CC^o. XLVIII^o. Indict. VI. Concurrente secundo.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives, dessen Schriftzüge zum Theil nicht mehr lesertlich sind.

XLVI. Rutger, Bischof von Brandenburg, giebt dem Kloster Lehnin die Zehnthhebung in Tornow, Nagem, Krielow, Zehendorf, Krummenssee, Mösritz, Goliz, Klinke, Derwitz, Sommerfelde, Arnstorf, Tribustorf und Bredenwisch, am 1. Februar 1249.

In nomine sancte et ind. trinitatis. Rutgerus, (dei) gracia Brandenburgensis episcopus, omnibus in perpetuum — — accedentibus supplicationibus honorabilium virorum domini abbatis et conuentus in lenin, pietate nos nichilominus instigante, saluis iuribus plebanorum, de consensu nostri capituli, decimam in his uillis: Tornowe, Nedecem, krole, Cedelendorpe, Crummenfe, Moseritz, Goliz et proprietatem clinke, Drewiz, Somerwelde, Arnoldorpe, Tribusdorpe, Bredenwisc cum mansis dictis uillis adiacentibus et ceteris attinentiis contradidimus perpetuo possidendam, De uillis autem in noua terra pensione debita trium denariorum de quolibet manso, nobis secundum noue terre consuetudinem reseruata, quatinus illis hec etiam ad temporale commodum nobis autem eternaliter proficiat ad salutem. Vt autem hec nostra donatio tam presentibus quam futuris fiat aperta, hanc cartam super hoc conscribi fecimus, sigillorum nostrorum munimine corroborantes eandem, Ad maiorem euidentiam adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hec: Dominus Henricus prior, Ghifelerus cellerarius, Alberto plebanus sancti Godehardi Canonici brandenburgenses, fromoldus monachus in cenna, Ghifelerus plebanus in sigefere, Johannes plebanus de warnowe, Gherardus miles frater episcopi, Henricus filius trudonis ciuis in spandowe et alii quam plures fideles. Datum Brandenburg, anno domini M^o. CC^o. XLIX^o. VIII^o. kalend. february, pontificatus nostri anno VIII^o.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.